

OFFICIUM B. MARIE VIRGINIS IN SABBATO.

Omnibus Sabbatis, extra Tempus Adventus, Septuagesimæ, Quadragesimæ et Quatuor Temporum Septembris, nisi agendum fuerit de aliquo Festo Duplici, etiam translato, vel de Octava aut Vigilia occurrenti, aut de Dominica anticipata juxta Rubricas, fit Officium de Sancta Maria, in quo, sumptis ad Vesperas et Laudes Antiphonis et Psalmis de Feria VI et Sabbato occurrentibus, reliqua dicuntur ut infra.

PER ANNUM.

AD VESPERAS.

Capitulum.

Eccli. 24, 14.

AB initio et ante sæcula creata sum, † et usque ad futurum sæculum non desinam, * et in habitatione sancta coram ipso ministravi.

Ry. br. Ave Maria, ut supra, 703.

Hymnus. I

A - ve ma-ris stella, De- i Ma-ter alma, Atque
semper Virgo, Fe-lix cæ-li porta.

Sumens illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Fuit esse tuus.

Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Non, culpis solutos,
Mites fac et castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut, videntes Jesum,
Semper collætémur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui Sancto,
Tribus honor unus. Amen.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis.

Ry. Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Magnificat, Antiphona.

BE-ã-ta Ma-ter * et intãcta Virgo, glo-ri-ó-sa Re-gi-
ni mundi, intercè-de pro no-bis ad Dóminum. E u o u a e.

Oratio.

Concède nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis et cörperis sanitáte gaudere : * et gloriósa beátæ Mariæ semper Vírginis intercessióne, a præsentí liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum nostrum.

Post Orationem fit Memoria Sancti, si occurrat; deinde Suffragium de Omnibus Sanctis ut sequitur :

Suffragium de Omnibus Sanctis.

Sancti omnes * intercédant pro no-bis ad Dóminum.